

# **Geschichte der Grundherrschaft Echternach im Frühmittelalter (Ed. Wampach) Nr. 61**

Ego in Dei nomine Hachardus dono pro remedio anime mee et eterna retributione ad basilicam sancti Petri, ubi sanctus Willibrordus corpore requiescit, hoc est res meas in pago Muslense in villa que vocatur Halboldingen, quicquid michi ibi de hereditario iure advenit, id est terris, campis, pratis, pascuis, silvis, casis, mansis, aquis aquarumve decursibus, et quicquid ibi visus sum habere. Si quis vero de heredibus meis – ut supra. Actum I anno regnante Karlomanno rege.